



Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

29. Tria sunt in ovo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

(207)

S Y M B O L U M 27.

Tria in arbore

Radix, ramus, fructus.

Cernis ut occultâ radice assurgat in auras,
Explicit hinc ramos arbor & inde suos.
Ex utroque vides gratos procedere fructus ;
Est Triadis , signum nobile, planta virens.
Sit Genitor radix , Genitus sit ramus , utroque
Fructus procedens Flamen, ut arbor, erit.

S Y M B O L U M 28.

Tres partes navis,

Prora, carina, puppis.

Anterior pars prora ratis Patris esto figura ,
Principium rerum quis neget esse Patrem ?
Ipsa carina basis mali, non denotat illum ;
Qui Crucis in malo tot mala nostra tulit ?
Spiritus in puppi celsus sedet : o Petre ! navis
Ne tua mergatur Pneumatis aura facit.

N. Quod in navi g. b. rnator, in curru auriga, in choro præcentor, in civitate lex, in exercitu imperator, hoc idem est in mundo Deus, nisi quod in illis principatus est laboriosus, conturbatus & anxius; in Deo facilis, ordinatus, tranquillus. Arist. seu author lib. de mundo ad Alex.

S Y M B O L U M 29.

Tria sunt in ovo,

Cortex, albumen, vitellus.

Magna Trias parvo, benè si perpendis , in ovo est,
Materies aliquid discolor ista notat.
Est ovi cortex æterni symbolon ævi ,
Exiguo summus fulget in orbe Pater.

Virgi-

Virgineam Verbi carnem circumfluus humor
Indicat, & croceo Pneuma colore fluit.

S Y M B O L U M 30.

Tres in speculo per reflexionem vultus.

Tres item soles aut, vultus in putoe; cum tamen unicus sit.

IN speculo vultum si contemplore; reflexum
(Quod fors miraris) terque quaterque vides.

In putoe aut urnâ pariter tres inspice soles,

Quos sol oppositis exprimit unus aquis.

Extorquet natura suis sic obvia signis,

Supremæ Triados vique viâque fidem.

In divinis omnia sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio. Est Theologicum axioma.

S Y M B O L U M 31.

Tres soles in parelijs apparent & tamen unicus est sol.

OB radios quandoque vides in nube reflexos

Tres soles, verùm fallere sàpe solent.

Tres oculis parent, sol est tamen unicus author,

Aëreis figens lumina Phœbus aquis.

Est sol in trinis solaribus orbibus unus,

Tres subsistentes in Deitate pares.

S Y M B O L U M 32.

Tres distincti colores in iride.

ASpicis imbriferos & paci fœderis arcus;

Placatæ Triadis, symbola pacis habent.

Ordine digestos roranti in nube colores,

Tres lux opposito sole reflexa parit.

Personæ